

Johann Sibrand    Matthäus Klein

## **Dissertatio Iuridica De Irritis Sponsalibus, Quibus Citra Tutorum Consensum Pupillae Sunt Irretitae**

Rostochi[i]: Richelius, 1685

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741218844>

Druck    Freier  Zugang



Muziktheor Verlobung


R U für 1685.

Johann Sibrand, Pr

Matthaus Klein, Rep

100







I. N. D. N. J. C.  
DISSERTATIO JURIDICA  
DE

IRRITIS SPONSALIBUS,  
QUIBUS CITRATUTO-  
RUM CONSENSUM PUPIL-  
LÆ SUNT IRRETITÆ,

*Quam*  
SUPREMO AUXILIANTE NUMINE

Sub  
PRÆSIDIO  
VIRI

Prænobilissimi, Excellentissimi atqve Consultissimi  
DN. JOANNIS SIBRANDI,  
J. U. D. & Decretal. P. P. celeberrimi,  
Dn. Fautoris, Præceptoris atq; Hospitis sui  
examussum suspiciendi,

*Publica Eruditorum Disquisitioni*  
subjicit

MATTHÆUS *Klein* ~~REZNI~~

Insterb. Pruff.

AUCTOR & RESPOND.

In Auditorio Majori

Ad Diem 27. Junii M DC LXXXV. *1685*



ROSTOCHI,

Imprimebat JACOBUS RICHELIVS, Senat. Typogr.



D. N. I. C.  
DISSERTATIO JURIDICA  
DE  
IRRITIS SPONSALIBUS  
QUIBUS CITRATA  
RIM CONSENSUM PUPIL-  
LAE SUNT IRRETTAE  
SUPREMO ALEXANDRE NUMINE  
PRÆDICTO  
VIRI  
FRANCISCI EXCELSIORIS  
D. N. JOHANNIS STRAVANDI  
D. N. FABRIUS  
MATTHEUS  
AUCTOR & PRAECEPTOR  
IN AUCTORIS MANT  
AL. DIE. M. D. C. L. X. V. A.

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock







# I. N. D. N. J. C.

§. 1.



**N**natum nostri nobis esse amorem, cunctosqve diligentissimam sui gerere curam, adeo extra omnem controversiam aleam positum est, ut vix integrum sit statuere: utrum de hoc ipso morose dubitare, an illud operose probare, jejunius esse videatur. *Unusquisq; natura sua parat, a qua ad caritatem sui compositus est; unde illi summa cura est nocitura vitandi, profutura appetendi; Itaq; nec liberalis est, qui sibi donat, nec clemens, qui sibi ignoscit, nec misericors, qui malis suis tangitur.*

*Quod enim aliis prestare, liberalitas est, Clementia, misericordia; sibi prestare, NATURA est, inquit dura e Stoicorum secta, molli ore Seneca lib. 5. de benef. c. 9. Conferat. Gell. l. 12. N. A. c. 5. l. 2. Mag. Moral. c. 13. Eufrat. Comm. in 9. Eth. 4. n. 11. & Acciajol. in 9. Eth. 8. p. 787. Lact. Firmian. lib. de ira Dei p. 539. Nec abit ab his Cicero, quando lib. 5. de finib. p. m. 150. vel ipsa inanimata sui quodammodo duci amore asserit, stirpibusq; ac arboribus se conservandi docet inesse appetitum. Cum enim paulo ante de sollicita stirpium disseruisset culturam, multumqve ad conservationem ipsarum adferre probasset, illas circumacidi, erigi, exporrigi, ut, quod natura ferat, eod possint ire, dicit tandem: *Vites si loqui possent, ita se tractandas tuendasq; esse, ipse faterentur.**

§. 2. Hæc autem quæ dicta sunt, maximum quamvis sui uniuscujusqve loquantur amorem, ut quilibet proinde optimè in se consulturus præsumatur; Nemo tamen sibi permittendus est, priusquam animus potestatem sui ad se transtulit, aut verbo, divinum, divino loco verè dignum illud Delphicum: *γνώσι σεαυτῶν*, de se quoqve jure valeat quisqve affirmare. Quamdiu enim sui quempiam ignorantia exercet, tantum abest ut salutaria sibi amplectatur, quin potius nocitura quævis sibi adfricet, propri-

A  
oqve



oq̄ve perniciem capiti suat; ut verè proinde ac graviter, *ex vers. Leuenclovi. l. 4. Memorabil. p. 160. Xenophon: Qui se ignorant, ineptè se habent & adversus ceteros homines, & ad alias res humanas, nec quibus indigeant, sciunt, neq̄, quid agant, neq̄, quibus utantur.* Gemina his Plato in *Cratylò* habet, quando ejusmodi homines perpetuis duci fraudibus asserit, sc̄pissimèq̄ve sibi excidere, docet, quòd impostor illorum, (quem animum tenore sui adhuc destitutum appellat,) ne ad momentum illos deserit, sed perpetuò illis comitatur. Non autem quispiam statim se nosse, sibiq̄ve adductus esse, censendus est, cum nomen fortè suum novit, *prout eleganter Xenoph. d. l. sed cum vitæ suæ ipse potest habere modum.* Hinc usq̄ve dum plenè se sibi quisquam propitiaverit, jura nostra omnibus illi negotiis civilibus interdixerè, ne tam imbecilla ætas, omni destituta præsidio, technis pateat fraudulosoꝝ. *Confer. pr. & §. 1. J. de Aut. Tut. Giphani. C. h. l. ad verba: In quibusdam Casibus. Harpr. h. n. 4. & 8. §. 9. J. de Inutil. Stipul. l. 9. ff. de Aut. Tut. l. 41. ff. de Condiçt. Indeb. l. 28. ff. de Pact. Stryck Traçt. de Cautel. Contract. Sect. 1. c. 2. §. 18.*

§. 3. Tantò autem minùs sibi quispiam relinq̄vendus est, quanto majoris ponderis sunt negotia, quæ proprio conamine aggredi ipse molitur. *Icaria enim non rarò fata illos manere solent, qui non ad prudentioꝝ præscriptum, sed coecæ mentis lubidinem, actionum suarum moverè alas.* Gravissima in hunc sensum *Antonius Melissa l. 2. Serm. 20. (citatus à Jac. Simancá lib. 7. de Republ. c. 9. p. m. 380.)* habet: *In omni ferè negotio, inquit, periculosa sunt adolescentium consilia, nec facillè reperias, quòd aliquid rectè gesserint rerum magnarum, quibus cani non fuerint ad consultationis adhibiti communionem.* H. J. Enimverò, qui fieri potest, ut juvenis sibi solus sufficiat, aut per se satis valeat ad rerum sustinenda momenta; Cum vel gravissimus ac prudentissimus quisq̄ve sodalem in difficilioribus desideret, & difficultatis suæ socio inniti exoptet portionem? *Ad res magnas Consultores adhibemus, nobis ipsis dissidentes, quasi minùs ad statuendum idoneis, inquit Philosoph. l. 3. Eth. 3.* Idem suo nos docet exemplo *Vir cateroquin fortissimus Diomedes, qui propterea solus castra Trojanorum explorare noluit, sed sibi Ulysses dari socium postulavit, uti auctor est Homer. Iliad. lib. 10. p. 351.* Nemo igitur Juvenum, eò maturitatis pervenisse reputandus est, quin in altioris indaginis rebus difficilioribusq̄ve, vel ingratiis alieno regi consilio debeat ac auctoritate.

§. 4. *Quodnam autem, quæso, negotium gravius, cui juveniles mæ-*



magis humeri inpares, quodnam periculosius, quod à tam infirmo parumque compacto eorum iudicio magis alienum, quam quod ab illis fulcipitur pro ipso matrimonio contrahendo? Hujus certe difficultatem vel prudentissimi pensi habentes, vix ac ne vix quidem, animum ut ad rem uxoriæ adjiciant, persuadere sibi potuerunt. Hinc Thales florentiore ætate, roganti, ut uxorem duceret, matri, nondum esse tempus, respondit: & cum annis gravior, de jamjam maturando conjugio, denuò admoneretur, illa, jam non amplius esse tempus, tulit responsum. Sanè *Cypræus* non infimæ notæ Jctus, elegantissimo de *Connub. Jure Tract. ipsa in præfat. n. 6.* tantæ difficultatis esse matrimonii vinculum pronunciat, ut de toto hominis statu, in eo quasi agi videatur. Consul. quoque *Guevar. horolog. Princip. l. 2. c. 20.* Hoc autem ipsum quo magis seculi nostri sinisteritas insuper habet, dum plerique juvenum, extincto rectæ rationis ac honestatis lumine, cæco impetu thorum involant, Dapsolibyum more, qui post epulas, mulieribus seorsum discumbentibus, extinctâ lucernâ ad ipsas adibant, & quamcunque comprehenderint, ducebant, uti refert *Stob. Serm. 44. de Legib. p. m. 636.* Hoc, inquam, quantò penitius se fixit, tantò diligentius huic leges remedium quæsi verè malo; ne brevi fallaciæ juvenes matrimonii dulcedine infecti, per omnem vitam miseriarum, præcipitisque consilii falsuginem sui, cogantur degustare.

§. 5. Quandoquidem verò dignitate hominum indignum est, brutorum more, promiscuè in matrimonia ruere; sed è contrariò humani generis decus exigit, ad honestatis attendere leges: Sollicita statuit Antiquitas, ut nuptias præcedat ipsa celebratio sponsaliorum. Indecorum quippe Veteribus visum est, ut uno eodemque momento, consensus & concubitus concurrant; quando barbararum, extraque omnes leges projectarum gentium esse credebatur, sine ullâ præeunte deliberatione, ac altius repetito consensu, venereis complexibus indulgere. Unde *Alexius Comnenus Imperat. Constantinopol. certâ constitutione cavit, ne sponsalia & nuptiæ, res distinctæ, simul eodem die & unâ horâ ad exitum & effectum perducantur, sed temporis discernantur intervallo, uti refert Cypræus d. l. c. 1. §. 1. n. 3. & 4. Colleg. Argent. ad tit. ff. de Sponsal. n. 1. fin. Althus. Dicoelog. lib. 1. c. 79. §. 18. p. 276.* Sunt qui sponsaliorum, & in consequens sponsi sponsæque vocem, à promissione & repromissione seu dextræ porrectione deducunt. *Cottmann. Vol. 3. Respons. 34. n. 14.* Sed melior illis sedet sententia, qui sponsalia à spondendo dicta esse, autumant. *Perottus Pontif. Sipunt.*



*in Cornu Cop. p. m. 266. lin. 13. Loccen. Synops. Jur. privat. Diss. 3. n. 1. p. 32. Heinr. Salmuth ad Goidon. Panceroll. Rer. deperdit. part. 1. tit. 59. p. 316. Tholosan. S. J. II. lib. 8. c. 2. n. 3. Sponsio enim ad stipulationem refertur. l. 7. ff. de V. S. & ibi Alciatus. Cypr. d. l. c. 2. n. 12. Sponsalia autem olim mediante stipulatione contracta esse, omni caret dubio. l. 2. ff. de Sponsal. Gell. lib. 4. N. A. c. 4. Sed notare oportet verbum Sponsalia non unis accipi modis. Denotat enim I. Arrhas sponsalicias, l. 6. Patri. C. Theod. de Sponsal. Rubr. C. Si rector provin. vel ad eum pert. Pacius C. b. l. n. 1. l. 1. fin. C. si nupt. ex rescript. per. Mozzius Tract. de nupt. n. 8. p. m. 730. Barnab. Brisson. de V. S. voce Sponsalia. II. Munera sponsalicia. l. 2. C. de Donat. ante nupt. Pacius C. b. l. n. 1. Colleg. Argent. ad tit. ff. de Sponsal. n. 2. III. Convivia Sponsalibus adhibita. Cypr. c. 2. §. 1. n. 16. Cic. l. 2. Epist. ad Q. Frat. ep. 6. pr. IV. Repromissionem futurarum nuptiarum, quem significatum amplectimur, ac huic illum deberi sedi, affirmamus, quandoquidem & in l. 1. ff. de Sponsal. ita definiuntur. Definitioni tamen huic, hanc addimus restrictionem, ut cum Hahnio ad d. t. n. 2. dicamus: Jctum Florentinum d. l. 1. ad Veterum potissimum morem respexisse, qui sponsalia mediantibus stipulationibus contrahebant, cujus duæ partes erant, mentio & repromissio; Cum verò hodiè nudus sponsalia consensus absolvat, l. 4. pr. ff. de Sponsal. Verborum non ducimus attendendam amplius esse solennitatem, Stryck. ad pr. J. de Nupt. p. 46.*

§. 6. Sponsaliorum definitionem, ipsa excipit divisio: quæ, quòd multimembris sit, à generaliore putamus esse incipiendum. Tametsi, sin *ἀνεπίστα* philosophicam attendere, eamqve ad hujus trutinam examinare velimus, nostra vix teneret divisio, quod neqve sit generis in species, & insuper differentiam habeat negativam, sicqve *juxt. 6. Topic. 6.* vitiosam; Defendi tamen poterit ut generalior saltem distinctio, ut in quæ verba omnia per pondera adpendere, opus non est. *argt. l. 19. ff. ad Exhibend.* Sunt itaqve sponsalia, alia *Publica*, alia *Clandestina*. Hæc iterum vel *strictè sic dicta*, quibus nulli planè interfuerè testes *c. 1. & seq. X. de Sponsal.* Vel *latè talia*, quæ quidem in præsentia testium sunt contracta, neglecto tamen eorum, quorum intererat consensu. *Carpz. lib. 2. Jurispr. Eccles. tit. 3. def. 38. n. 3.* Quæ, cum contra leges sunt innita, *regulariter* nulla sunt. *l. 5. C. de L. L. Quamvis Carpz. c. l. def. 40. n. 8. 9. & seq.* sententiã declaratoriã opus hic esse asserat; quando ipsi haud absolum videtur, vel id, quod ipso jure nullum est, *quodammodo hodiè* rescindi ac prò nullo declarari. *Publica*



*lica sponsalia* de Jure Civili omnia de futuro sunt, *l. 1. ff. de sponsal.* Nec quicquam ad rem attinet, an verbis præsentis, an futuri temporis fuerint contracta; Cum Jure Civ. qualiscunqve verborum conceptus, ante matrimonialem præstitum consensum, sui naturâ sponsalia de futuro, (id est propriè dicta, seu aditum ad ipsum hunc consensum aliquando matrimonialem consequendum, patefacientia,) inducat; qui, simulac impetratus fuerit, Jure Civ. non sponsalia de præsentis, sed ipsum facit matrimonium. *l. 30. ff. de R. J. Habn. d. t. de sponsal. n. 3.* A quâ tamen hæc nostrâ opinione divortium facit laudatus sæpè *Cypræus c. 2. §. 3.* Ut qui Jure quoqve Civili sponsalia de præsentis dari, omninò putat esse asserendum. Jure verò Canon. utiqve hæc distinctio tenet, illiqve Alexander III. qui A. C. 1160. vixit, auctor exstitisse creditur, quod ipsum ex *c. 3. X. de sponsâ duor.* colligit *d. Cypr. c. 4. §. 3. n. 3.* Verùm, cuicunqve hæc etiam distinctio originem debeat, non adeò certè illi honestus est ortus. Postquam enim juris Canon. Interpres quidam, mentes hominum perniciosâ hæc opinione, non requiri scilicet ad nuptias parentum consensum, fascinassent, paulatim vetus illa despondendi ratio in desuetudinem abiit, liberiqve spretis parentibus, sese clam *viris suis verbis* manciparunt, quæ postea ansam disputandi præbuerunt, an verba præsentis an futuri temporis essent, quod hæc minùs quam illa obligabant, *c. 31. X. de Sponsal.* Ut hæc distinctione introductâ, fortean parentibus neglectis, quodammodò auxilium ferretur, majorqve occasio detur, matrimonia liberorù parùm concordantia eò faciliùs dissolventi, si eorum consensus neglectus, & sponsalia fortè de futuro tantùm contracta fuisset, constet. *Vid. Cypr. d. c. 4. §. 2. n. 5. & 6.*

Ex quibus colligimus sponsalia de præsentis, eò, quod consensus hic conjugalis accedat, quoad perfectionem primam, potiùs ipsum matrimonium dicenda esse. *d. l. 30. ff. de R. J. & notab. c. 5. & 6. C. 27. q. 2. l. 32. §. 13. ff. de Donat. int. vir. & ux.* Nec, nisi impropriè sponsalia appellari, solius scilicet deficientis complementi, id est concubitùs intuitu, uti hoc egregiè demonstratum dat *Habn. d. l. p. 82.* Majorem hæc omnia lucem ex *Bernb. Subh. Diff. 2. aph. 10.* scenerantur, ubi sponsalia de futuro, cum pacto de vendendo in futurum, sponsalia de præsentis, cum emtione & venditione nudo consensu perfectâ, matrimonium autem per carnalem copulam consummatum, cum ipsâ comparat rei venditæ traditione. *Hopp. ad. Rubr. J. de Nupt. q. 5.* Moribus nostris hujus distinctionis quidem verba & terminorum usus, non verò significatio remansit. *Habn. d. l. ad verba: Ut cum*



*parentes.* Sponsalia enim de presenti hoc sensu sunt, quæ purè & sine ul-  
là adjectâ conditione contrahuntur, quæque itidem à nuptiis non differunt,  
nisi ut matrimonium initiatum, & benedictione sacerdotali consumma-  
tum. *Carpz. Jurispr. Consist. lib. 2. t. 2. def. 17. n. 6.* De futuro verò sunt,  
quæ sub conditione aliquâ contrahuntur. *Hopp. l. c. q. 6. Mollenbec. Divis.  
Jurid. Cent. 2. div. 41. lit. b.* Ubi tamen suspensio consensus, diligentis-  
simè à suspensione festivitatis nuptialis distingvenda venit; Cum non sint  
sponsalia conditionata, si quis dixerit se nuptias consummaturum, simul-  
ac feliciter pedem ex Galliâ vel Italiâ repetierit. *Stryk. ad pr. J. de Nupt.  
p. 47.* Conditio autem sponsalibus adjecta, dum honesta fuerit, & adjici-  
entis ullo modo intersit illam impleri, perpetuò servanda est, *c. 5. X. de  
Condit. apposit.* Sin turpis, & ipsum concernat matrimonii actum, vitiat  
sponsalia; sin verò actum aliquem extraneum, prò non adjectâ habetur,  
*c. ult. X. eod.* Idem regulariter & de impossibili dicendum, nisi iudex probè  
examinatis negotii circumstantiis, aliud arbitretur. *Carpz. Jurispr. Consist.  
lib. 2. def. 23. n. 1. 2. 3. seq.* Sunt porrò sponsalia alia iurata, alia non iurata,  
*Cypr. c. 8. §. 16.* quæ fusiùs tamen exequi, tanquam ad finem nostrum parùm  
collimantia, hâc vice supersedemus.

§. 7. Sed ut è diverticulo in viam iterum regrediamur, pauca, (ut  
eò major tractationi nostræ lux accedat,) in antecessum è superioribus du-  
cimus repetenda. Ostensum enim ibidem est, iudicii inbecillitatem ab  
omnibus arcere juvenes negotiis suscipiendis, & tantò quidem magis, quò  
majoris res ponderis fuerit, cujus sibi sumere satagunt liberam admini-  
strationem. Cum verò matrimonium vel perenne refugium, *docente Ful-  
gentio,* vel perenne promittat tormentum: omnium maxime, hoc tanti  
momenti negotium, vicariâ aliorum prudentiâ ab illis duximus esse confi-  
ciendam. Idem igitur quò minus & in sponsalibus ab ipsis requiramus,  
nihil impedit, cum hæc sint via quasi & ad matrimonium iter. Proinde  
quicquid in termino juris obtinet, idem & in viâ ad illum ducente obtinere,  
statuendum est. *Stryk Exam. Jur. Feud. c. 19. q. 8.* Quapropter Jure quo-  
què Civili introductum, ut quicumq; nuptias, iidem & sponsalia, quæ adi-  
tum ad illas parant, contrahere prohibeantur. *l. 32. §. ult. ff. de Donat. int.  
vir. & ux. l. 60. §. 5. ff. de Rit. Nupt. l. 15. l. 16. ff. de Sponsal. & Colleg. Argent.  
b. l. 2. 4.* Firmiter itaq; concludimus, ad omnia, cujuscunq; generis spon-  
salia, *licita modò & honesta,* necessarium esse illorum consensum, in quo  
cum contrahentes extiterint potestate. Hæc autem cum vel propriè ta-  
lis



lis sit, ut dominica, *pr. J. de Libert. & pr. J. de his qui sui vel alien. & Patria*,  
*Rubr. J. de patr. potest.* Vel improprie sic dicta, ut Tutoria, *S. 1. J. de Tutel.*  
circa ultima hujus potestatis effectum, nostram potiissimum occupabimus  
considerationem; De patria scilicet eatenus tantum auctori potestate, quatenus  
tutoria, maximam partem hanc ipsam imitatur. Cum vero qui potestati  
(seu ut accuratius loquamur regimini aut directioni. *Stryk. ad pr. J. de Tu-*  
*tel.*) tutelari subiecti sunt, vel pupilli existunt, vel pupillæ, ab his tutorum  
suorum consensum in primis habendum volumus, ob sexus sui nimiam fra-  
gilitatem. *Confer. Heinr. Giesebert. peric. sec. Harmon. Statut. art. 38. n.*  
*21. p. 682.*

**S. 8.** Quæ autem hic, de consensu tutorum requirendo, adduximus,  
adeo veritate munita sunt, ut hujus assertionis vestigia vel in ipso divino ap-  
pareant jure. Fidem huic rei conciliare vel mille loca possent, è quorum  
numero educere tantum placuit *c. 21. v. 21. c. 24. Genes. v. 51. c. 34. Exod. v.*  
*16. c. 7. Deuteron. v. 3. c. 29. Jerem. v. 6.* Et quoniam citata hæc loca om-  
nia, de parentum tantum consensu loqui, in aprico est & expedito; nil  
tamen impedit, quò minus ea & ad tutores respicere, intrepidi affirmemus,  
cum & hi non raro sub parentibus continentur. Fundamentum huic no-  
stro asserto ex *D. Lutheri de caus. matrimon. lib. art. 1.* quaerimus, ubi, post-  
quam in superioribus injecta esset mentio *parentum*, verbis: **Und was an**  
**Ihrer stat seyn mag** ipsos comprehendit tutores, ex *Clariff. Theologorum*  
sententiâ, largâ citatorum manu, asserit *Cottm. Vol. 3. Resp. 34. n. 19. seq.*  
Neque veritatem in bivio relinquit, quòd *Joach. Beust. de Sponsal. c. 21. &*  
*Carpz. Jurispr. Eccles. lib. 2. r. 3. def. 46. n. 1.* hæc è Luthero allegata verba  
non de tutoribus, sed avo vel proavo accipienda contendunt; quando-  
quidem ipse verborum contextus innocensque illorum significatio, hanc re-  
spuunt explicationem, ut hinc *Beustium* ejusque sequaces non mediocriter  
de verbis *Lutheri* errasse, satis constet; Avus enim & proavus non verbis:  
**Un ihrer stat /** sed rectius sub ipso vocabulo **Eltern** continentur, uti egre-  
giè sentit *Cottm. d. l. ibiq. allegati.* Facit huc quoque *c. 4. v. 2. ad Galat.* ubi  
planissimum è pupillos sub tutoribus esse, ipsa sacra asserit pagina, cujus inge-  
nuum intellectum pluribus h. l. exponit *Osiander.*

**S. 9.** Quandoquidem verò parentum, & ex consequenti tutorum  
consensum, divino jure necessario requiri, evictum est, instituti exigat  
nostri ratio, ut & naturali eundem desiderari jure, demonstremus; quòd, eo  
probato, tutorum hoc quoque jure negligendum non esse consensum, in a-

pri-



pricum proferatur. Tametsi prò negativà sedulò faciat *Grotius l. 2. de J. B. & P. c. 5. n. 10.* inq; hujus concedat sententiam *doctiss. cateroquin Strauch. Dissert. 2. Aph. 19. fin.* Non tamen omnia ab illis posita ex vero esse, solidissimè docet *Osiander. Com. ad Grot. l. c. p. 758. & Bœcler. Com. ad Grot. d. l. p. 165.* qui, postquam de necessitate paterni consensûs variè disputasset, & tandem in hoc omnium opiniones concorditer congruere, (*quod equidem non consensus parentum, consilium tamen eorum Jure naturæ necessariò requirendum sit,*) docuisset, ita demum infert: *si necesse est consulere parentes, necesse est etiam consultis parere, non iniqua volentibus; Idem enim esset, non consulere, & consultis non parere.* Et paulò post: *Negq; consilium cujuslibet consulere valentis hìc spectatur; sed consuluntur ii, quibus parendum est.* H. J. Hoc autem quod Bœclerus hìc adducit, non de nihilo est, aut otiosè dictum! *Quis enim consilii hujus necessariò requirendi, aliàs foret effectus, si liberorum ab arbitrio penderet, de illo vel facere, vel prò lubricine suà illud repudiare? Ad quid illa, inquam, necessitas? Dicunt: Ut parentibus honor debitus hoc ipso exhibeatur!* At ego potiùs dixerim, parentes hoc ipso magis contemni, ludificari, excarnificari. Nec immerito! Dum enim consulendi hæc necessitas, liberos semper adigit ad consilium à parentibus petendum, adigeret hos simul paternà pietas, (quis enim ab eà aliud quid promittere sibi auderet,) ad tale prò illis capiendum consilium, quod sit optimum. Sin verò eveniret, (prout sæpius certè evenit, quando animus juvenilis plerumq; pejore parte positus est,) piàm ejusmodi ac ex intimioribus cordis penetralibus depromptam, rejici consultationem paternam; quis morsus animi vel gravior possit, vel acerbiòr parentibus, vel luctuosior accidere? Enimverò, quò magis profuturum vidissent liberis consilium suum, tantò magis ejusdem contemtu moverentur: & quò utiliora ipsis persuadere conati essent, tantò dolentiùs, filiorum incommodis, necessariò ex optimi consilii sui neglectu emergeris, afficerentur. Accedit, quod eo dato, (parentum scilicet consilium non esse obligatorium,) nos ipsos sententià nostrà turpiter dare necesse sit, inq; manifestissimam præcipites agere absurditatem. Dictum enim est, pietatem paterni nominis optimum prò liberis consilium capere; *l. 22. §. ult. ff. ad leg. Jul. de Adult.* Si verò hoc ipsum vel seqvi, vel abjicere, liberis est permissum: quid quæso, (ultimo hoc casu,) aliud illis permissum est, quàm tale quid respuere posse, quod indubiè sibi est optimum ac maximè salutare. Imò, quod tristiùs ineptum est, hoc ex datis his positisque emergit, hunc consilii saluberrimi  
con-



contemptum ne quidem contra naturam esse, quandoquidem ex illorum opinione, naturæ lex nullam liberis inponit consilium hoc sequendi necessitatem; sicq; tandem nec hoc Naturæ amplius juri adversaretur, illud fugere, quod sibi optimum est saluberrimumqve. Quibus omnibus quò minus sani quicquam inest coloris, eò minus fusiori indigent diductione. *Conf. pr. J. de Nupt. in fin. & Harpr. C. h. l. n. 46. & seq.*

§. 10. Ut autem quæ hætenus de parentibus Juris naturæ intuitu dicta sunt, & in tutores legitimè quadrare, asserere valeamus, ea quæ jam sequuntur, rationum faciunt momenta. Enimverò, nemo facilè infitias iuerit, ejusmodi personas quodammodò prò iisdem haberi, ubi altera alterius sibi sumat partes. Clarè id ipsum notabilis docet *l. 76. ff. de Judic. his verbis: Proponebatur, inquit Jctus Alfenus, ex his judicibus qui in eandem rem dati essent, nonnullos causâ aditâ, excusatos esse, inq; eorum locum alios esse sumtos, & quærebatur, singulorum judicum mutatio, eandem rem, an aliud judicium fecisset? Respondi, pergit, non modo si unus aut alter, sed & si omnes judices mutati essent, tamen & rem eandem, & judicium idem quod ante fuisset, permanere. Quod adeò verum est, ut qualescunq; aliæ etiam res, eadem esse reputentur, sicubi eundem ad aliquid respectum involvunt, aut eandem quam altera, præstant utilitatem, *argt. l. 18. ff. Quod met. caus. l. 33. ff. de S. P. U. l. 32. §. 7. ff. de Usufr. legat. Bechtold. Thesaur. Jurispr. ex Barbof. Axiomat. concinnat. p. 2. l. 17. c. 49. ax. 1.* Obscurum igitur esse non potest, cum parentis quoq; sustinere personam, qui iisdem cum illo officiis fungitur pietatis. Quandoquidem verò hæc ipsa, in sedulâ potissimum consistunt ac diligenti liberorum educatione; *Plat. l. 2. de LL. Arist. l. 7. Pol. c. 17. & Paphr. h. l. Heins: Joh. Eichel: Com. in tit. ff. de R. J. c. 6. p. 203.* Et verò parentes morte sæpè præventi, id officii per se ipsi expedire nõ possint: hi certè illorum induent personam, quibus vicariam hanc curam, vel ipse pater, vel sanguinis conjunctio, vel deniq; autoritas demandavit Magistratûs. Quinam verò hi tales sunt, quàm ipsi tutores? Non est igitur amplius dubitandum, parentum eos sustinere locum. *Samuel. Rachel. Instit. Jurispr. l. 1. r. 24. p. 88. Theoph. ad pr. J. de Satisd. Tut. Carol. Annib. Fabrot. in not. h. l. lit. b. & cit. ab eo Appollin. Sidon. 2. Epist. 4. Babriss. Fragofo de Regim. Reip. Christian. part. 1. lib. 6. Disput. 16. §. 2. n. 71. p. 838.* Cum verò tutores in parentum succedunt laborem, molestiam, curam, sollicitudinem; & in illorum succedere honorem, i. e. honore patrio, patris instar, quodammodo affici debent. *Rehsfeld de Jure Reverent. quæ est vol. 2. Stryckian. Disp. 2.**



l. 2. n. 46. Quippe nihil tam secundum naturam est, quam commoda eum  
 sequi, quem incommoda sequuntur. l. 10. ff. de R. J. §. 3. J. de Empt. & Vendit.  
 Præclare igitur & eleganter Gvil. Grot: *Officium pupillorum erga tutores,*  
 inquit, *idem ferè est quod adversus parentes, in quorum locum ipsi quodam-*  
*modo succedunt; Debent igitur, pergit, pupilli tutoribus suis obedientiam,*  
*honorem & reverentiam, non tamen in eodem gradu quo parentibus, sed ali-*  
*quantum minore. Enchirid. de princip. Jur. Nat. c. 15. n. 13. Cujus sententiæ*  
*affinis quoq; est Veltbemijs Introd. ad Grot. J. B. & P. l. 2. c. 5. in not. ad §. 12,*  
*n. 7. quando: Imperium paternum, inquit, ita quidem sequitur ipsam patris*  
*personam ac ὁμοίον, ut avelli transf. rrig, in alium non possit, nisi fortè quasi*  
*derivativam acquisitionem imperii paterni dicere volueris eam, quâ tutor*  
*ex ultimâ patris voluntate imperium in pupillum acquirit, utpote qui in pa-*  
*tris locum quodammodo succedit, & cui quasi filialis obedientia, honor & re-*  
*verentia debentur, non tamen in eodem gradu quo parenti, sed aliquantum*  
*minori. H. I.*

§. II. Neminem verò moveant ultima ab utroq; autore, adjecta ver-  
 ba: *Non tamen in eodem gradu &c.* Nemoq; id cogitationis recipiat, quasi  
 in totum hoc ipsò tutorum autoritas destruat. Scilicet, minor dicitur  
 quam pupilli tutoribus debent reverentia, non quod tutorum consensus  
 omninò negligi possit, pupillæq; suo arbitrio matrimonia decernere va-  
 leant; sed quod parentum consensus vel etiam dissensus, augustius porri-  
 gatur, nec tam angustis inclusus sit legum cancellis. Pater enim cum libe-  
 rorum ex incommodis propria sua comparare incommoda, & per illos ma-  
 gis, quam illi ipsi periclitari intelligitur, §. 7. J. de Noxal. Act. fit, ut ob tam  
 arctum naturæ vinculum, justî dissensus sui, circa sponsalia filiorum contra-  
 henda, ne quidem rationes exponere teneatur, cum tutor justâ contradi-  
 ctionis causâ exulante, (quales recenset *Mævijs ad J.L. l. i. t. 4. a. 4. in addit.*  
*ad n. 14. & Part. 6. Decis. 227. p. 326. Aut. Oper. Cas. Conscient. c. 19. Sect. 1.*  
*g. 17. p. 166.) ne quidem audiendus sit, argt. l. 6. ff. de Sponsal. l. 20. C. de Nupt.*  
 Tametsi verò naturali hæc æquitati consentanea fatis videntur, hodiè tamen  
 & in hoc mirè tutoribus cum parentum conveni auctoritate, quando qua-  
 rundam gentium institutis, vel ipsè pater ad justâ dissensus sui momenta  
 exponenda, coercetur, quod de Belgarum moribus testatum facit, *Excell.*  
*Dn. Fuchs. Ser. Elect. Br. ab intim. Consil. in elegantiss. ad Instit. Paraphr.*  
*pr. de Nupt. lit. a.* Sed (2) & ideo fortean Tutorum autoritas, parentum  
 minor dici potest auctoritate, quod hi, & filiis impuberibus, & tacitè consen-  
 tien-



tientibus c. 1. X. de Desponsat. Impub. Job. Baptif. Vivian. in Rational. C. h. l. l. 12. ff. de Sponsal. & ibi Dn. Brunnem. Imò & absentibus c. un. §. fin. de Desponsat. Impub. in 6. uxorem despondere valeant; Tutores verò horum vel quicumque facere prohibeantur, argt. l. 6. ff. de Sponsal. Arnif. de Jure nub. c. 3. Sect. 11. n. 5. & 6. propterea, quòd hoc in parentibus speciale est. Casp. Ziegl. Jure Can. ad lib. 2. tit. 10. J. Lancellor. §. 15. p. 402. Adeoq; si extraneus quispiam desponsaverit Titiam, etsi illa non contradicat, neutiq; tamen ideò ipsam obligari, nec sponsalia esse valida, quia de suo quem promittere oportet, non de alieno. l. 83. ff. de V. O. Imò verò (3) hoc quoq; minorem clamat tutorum autoritatem, quod Jure Civili filia patri ipsam despondenti consentire cogitur, & uno tantum casu dissentendi habet facultatem; nimirum si indignum moribus & turpem generum pater elegit. l. 12. §. 1. ff. de Sponsal. Cypr. c. 6. §. 9. n. 14. Quamquam Jure Can. eò, quòd matrimonia libera esse debent, c. 14. X. de Sponsal. hoc ipsum non obtineat. Dn. Brunn. in d. l. 12. ff. de Sponsal. Ad tutores verò quòd attinet, non est illis integrum pupillis imperare ut huic vel illi nubant, sed omnia metienda sunt ex pupillarum voluntate. d. l. 6. ff. de Sponsal. Quæ omnia minorem quam tutorum probant autoritatem, negligendum tamen propterea illorum statim esse consensum, nondum evincunt.

§. 12. Accedit, quòd unusquisq; actionem suscepturus, eam propter bonum quoddam consequendum, suscipiat, uti docet Philosophus l. 1. Eth. 1. pr. Hoc autem bonum nihil aliud est, quam ipse ab agente intentus finis l. 3. Polit. 8. & h. l. Heins. aliàs 3. Polit. 12. Propter finem igitur omnis suscipitur actio. juxta 1. Eth. 1. med. Quemadmodum verò appetitio finis, tanquam boni alicujus, naturalis est: Ita & mediorem appetitio naturalis erit dicenda; Non tantum quòd sine mediis nullus potest obtineri finis, sed quòd vel ipsa media boni involvunt respectum, imò ipsa bona quoq; dicuntur, ex habitudine atq; *σχεσι* quam ad finem habent, propterea quòd illum aut juvant, aut promovent, aut inducunt. Nemini igitur amplius obscurum esse potest, tutorum consensum necessario ad sponsalia esse requirendum, quandoquidem & hic medii subit rationem, dum intentum à pupillis finem (qui florens matrimonii est felicitas,) non parum adjuvat promovetq;ve. Hic enim cum interponi à tutoribus non potest, nisi altius pensulato & multà deliberatione trutinato antea negotio, videtur optimum, prò feliciter contrahendis sponsalibus, consilium in se complecti: cum consensus sine prævio consilio & deliberatione datus, impetùs potius alicujus mereatur appel-



lationem. Confer. D. Mart. Chemnit. in Exam. Concil. Trident. ad tit. de clandestin. matrim. p. 438. Quod si hoc, quid quæso ad jucundè & feliciter contrahenda sponsalia plus adferre potest momenti, quàm fidelis ejusmodi & maturâ deliberatione innixus consensus? Hujus certè contemplatione, quidam Brant quasi à Verath dictam volunt, quando utramq; in sponsalibus paginam prudentem facere volunt deliberationem. Cum verò post DEum & parentes optimè in pupillos tutores consulturi intelliguntur, & consensus illorum consultationem talem maximè ad finem facientem, (ut modò demonstratum est) includit: patet, medii illum subire  $\sigma\chi\acute{\epsilon}\sigma\upsilon\upsilon$ , & ex consequentiâ æq; à pupillis ut ipsum appetendum esse finem, quem matrimonii jamjam diximus felicitatem.

§. 13. Quid, quod naturali puellarum verecundiæ adversetur se ipsas despondere, insignisq; sit incontinentiæ ac prodigi pudoris argumentum, sibi ipsis maritum si prospiciant? Fidem huic rei facit, quod Homerus l. 6. Odyss. p. m. 179. de Nausicaâ Alcinoi Regis filiâ refert, eam nuptias vel nominare erubuisse, nec animum, ut patri eas aperiret, inducere potuisse, ab ipsâ quæquam Minervâ hæc nuptiæ ipsi fuerint prædictæ. Simile hujus, apud Euripid. in Andromach. p. m. 732. vers. 987. occurrit exemplum, ubi Hermio, cum eam sibi in uxorem peteret Orestes, proco suo in hæc respondisse fertur verba:

$\text{Νυμφευμάτων μὲν τῶν ἐμῶν πῆλη ἐμὸς}$

$\text{Μέμνων ἔξει, κ' ἐκ ἐμῶν κείνῃσι τὰδε.}$

Hoc est: Sponsaliorum meorum pater meus curam subibit, hoc enim judicare non est meum. Confer. Harpr. ad pr. J. de Nupt. n. 51. Cypr. c. 3. §. 2. n. 5. Nec abit ab his Ambros. qui de hist. Rhebecc. c. 13. C. 32. q. 2. inquit: *Consultitur Rhebecca non de sponsalibus, illa enim judicium expectat parentum, non est enim Virginalis pudoris eligere maritum, sed de die tantum professionis consultitur*, H. J. Hinc apud Heliodorum Cariclea de nuptiis interrogata, cum longo tempore vultu humi defixo, stetit, modestè tandem respondet: *Magis, inquit, decebat meum fratrem Theagenem pro me loqui, quàm mecum viros verba facere*. l. 1. Ethiopior. c. 3. p. 43. v. 37. Et apud Ovidium Cydippe ita loquitur:

*Nomine conjugii dicto, confusa rubore,*

*Sensi me totis erubuisse genis.*

Quare veteribus (naturali ut huic mulierum pudori consulerent,) in more positum



positum erat, semper eas à *κυρίοις* desponderi, ut quod vel ex *Isocrate* colligitur, qui in Encomio Helenæ refert, Theseum sibi Helenam à *κυρίοις* expetivisse. Et nequa mulierum, quæ innata suæ verecundiæ minus temperans foret, causaretur se ipsam cogi virum sibi despondere, quod *κυρίοις* destituta sit; Athenienses omnibus diligentissimè *κυρίοις* tales prospexerunt. Horum autem nomine omnes illi veniunt, quibus despondendi onus incumbit; sive quis fœminæ pater despondendæ fuerit, sive frater, sive tutor, sive etiam Curator. Quòd aded verum est, ut mater vidua, vel ab ipso filio suo pubere, ut in cuius potestate erat, olim desponderetur, prout sæpè alleg. testatur *Cypr. c. 3. §. 3. n. 4.* Ex quibus tandem colligimus (quandoquidem fœminas, vel ipsa naturalis verecundiæ tenerrimæ quæ pudicitia leges à proprio arcent consensu præstando,) pupillarum maximè conveniens esse & simplici pudori, & pudibundæ simplicitati, tutorum stare arbitrio, illudquæ, nec ipso jure naturæ inspecto, esse negligendum.

§. 14. De *Jure* verò *Canonico* an tutorum requiratur consensus, res non aded est in expedito; sed si ullibi, hic certè DD. in diversum trahunt, aded, ut utrâq; contradictionis parte rationibus non elumbibus munitâ, difficile sit statuere, quid circa hanc materiam obtineat ex vero. Antequam autem ad hujus quæstionis exactiorem evolutionem pedem promoveamus, parentum prius consensum *de Jure Can.* necessariò requiri, probandum nobis incumbit, quando eo demonstrato, & prior quæstio suam exinde mutuatur decisionem. Negativæ favent parti *Nycas. de Verda in lectur. J. ad. pr. de Nupt. Hahn. ad Wes. tit. de Rit. Nupt. n. 3. ac illo referente, Bachov. & Gæhaus. peric. 6. q. 35. Vivian. in Rational. ad c. 1. X. de Desponsat. Impub. p. m. 23.* Cui suæ opinioni patrocinium quærun in canonibus & benè multis, & veritatem sententiæ nostræ, non mediocriter sanè tentantibus. Sic sua faciunt *c. 23. c. 29. X. de Sponsal. c. 13. & 17. Eod. c. 12. X. de Regularib. c. 6. X. de Condit. apposit. c. 6. X. de Rapt. c. 5. de Condit. apposit. quod valdè urget Ant. Cont. l. 1. lect. subscriv. c. 4. p. 18. c. 2. C. 27. q. 2.* Quibus textibus suffulti, consensum parentum *Jure Can.* requiri tantum de honestate, non dubitanter affirmant. Ad verum tamen admittunt contrariam sententiam, *Ungelb. Exerc. 3. quæst. 6. quem sequitur Dn. Stryck. pr. J. de Nupt. pag. m. 57. Harpr. ad pr. J. de Nupt. n. 97. seq. Justus Simold cogn. Schügen In Exercit. Jur. Disput. 3. th. 8. Cottm. Vol. 3. Resp. 34. n. 190. p. 276. Ortolphus Foman Disput. 3. th. 14. lit. a. citat. à D. Simone Disput. de Jurib. pupill. membr. 1. th. 33. & alii magni nominis Jcti, persvasissimum habentes,*



bentes, vel ipso *Jure Can.* (excepto Concilio Trident. cujus quanta sit auctoritas docet Heig l. 1. q. 22. n. 22. & d. l. Chemnit. §. ult) parentum de necessitate requiri consensum. *Conf. c. 3. C. 30. q. 5. c. 13. & 16. C. 32. q. 2. c. Videtur. 3. X. qui matrimon. accus. poss.* Ubi, (postquam de parentibus & proximioribus disseruisset Pontifex,) disertè tandem dicit: *si non interfuerint, & consensum non adhibuerint, secundum leges nullum fit matrimonium.* Quæ omnia cum parentum consensum & hoc *Jure* de necessitate requiri, planum faciunt, nec tutorum posse excludi putamus auctoritatem; Idque tantò minùs, quanto certius hoc ipsum *vel c. 1. C. 30. q. 5.* (quod ex vetustissimo Exemplari, multò quàm à Gratiano citatum, integrius & emendatius exhibet Anton. Cont. *Ad Edict. Heinr. Franc. Reg. de Clandest. matrim. ad Verba: Exheredes & exclus de leurs successions. p. 601.*) innuere videtur. Cum enim ibi dicitur: *Aliter legitimum non esse conjugium, nisi fœmina ab his, qui dominationem in eam habent petatur;* & verò tutores dominorum loco haberi, probent l. 27. ff. de Administ. & peric. tut. l. 7. §. 3. ff. Pro Emator. l. 56. §. 4. ff. de Furt. Cottm. vol. 3. Resp. 34. n. 118. & in primis Cypr. c. 3. §. 2. n. 16. Etiam ex hoc capite *Jure Can.* illorum requirimus consensum.

§. 15. Sed quid de hoc ipso *Jure Civ.* dicendum est? Et nullam veremur reprehensionis notam, si eundem hoc jure omninò necessarium esse, asseramus. Quandoquidem enim Jus Civile tutori potestatem in capite libero permittit, *S. 1. f. de Tutel. l. 1. ff. eod.* Isque personæ & moribus præfidet, §. 4. f. *Qui test. tut. dar. poss. l. 14. ff. de testam. tutel. aded,* ut nullum contractum sine ejus auctoritate possit celebrare §. 1. f. *de Aut. Tut.;* Absonum esse putamus, cum in omnibus aliis negotiis obligatoriis pupilla tutoris ab auctoritate tota pendeat, sponsalia illam sine eâ contrahere valere; Quòd hic res non vilis alicujus pretii agatur, sed de indissolubili utriusque fortunæ vinculo, contra quod nulla in integrum restitutio conceditur, negotium suscipiatur. *Mevius ad f. L. l. 1. t. 4. a. 4. n. 9. Cottm. vol. 3. Resp. 34. n. 129. Cypr. c. 6. §. 9. n. 1. fin. Bartol. in l. In copulandis 8. C. de Nupt. pr. & ibid. Bald. item Salicet. n. 1. Loccen. Synopsis. Jur. Privat. Disp. 4. n. 17. p. 97. l. 1. C. de Nupt. l. 1. §. 1. vers. Oportet. C. de Rapr. Virg. l. 59. l. 64. §. 2. ff. de Rit. Nupt. l. unic. C. si rect. provinc. l. 7. l. 8. C. de Interd. matrim. int. tut. & pup. S. chard. in l. 1. C. de Nupt. n. 3.*

§. 16. Nec abeunt ab hætenus dictis & adductis, *mores locorumque Statuta,* eaque quæ antiqua, quæ recentiora. Inter illa numerum faciunt Leges ac consuetudines SVECORUM antiquissimæ, à Ragualdo Ingemundæ



di Anno 1581. latinitate primum donata, ubi l. 3. de Jure Connub. c. 2. p. 80. hæc habentur: Quando quis celebrat sponsalia cum aliquâ, oportet tum tutorem esse presentem cum 4. testibus, duobus pro viro & duobus pro muliere, & hæc est legitima desponsatio; si quis alius quàm tutor tradit mulierem viro desponsandam, puniatur in 40. marcis Regi, Tutori & Contractæ numerandis, vel ostendat 12. testibus se habuisse plenam commissionem ex tutore, vel probet per eosdem 12. quod hoc non fecerit. H. I. Severissimè in pupillas citra tutorum consensum se desponsantes animadvertit Rex DANIÆ Waldemarus, ut qui teste Dn. Möllero Tract. de infaust. Conjug. part. 2. c. 3. p. 312. omnibus illas bonis paternis multavit. Confer. l. 1. Jur. Jutic. c. 8. & Arnif. de Jure Conuub. c. 3. Sect. 11 n. 7. Ubi hoc & Legibus DITMARSORUM conforme esse asserit. Idem ferè moribus quoq; ANGLORUM obtinet, ut qui matrimonia in primis pupillarum nobilium, prorsus voluntati ac arbitrio tutorum permittunt, qvi eas locant, qvibus visum fuerit; Et si pupillæ conditionem oblatam detrectaverint, multantur eâ pecuniâ, qvam ad nuptias ex bonis relictis habebant destinatam, prout testis est Idem Arnif. l. c. n. 10. & cit. ab eo Smith. l. 3. de Republ. Angl. c. 5. Frossard. l. 4. c. 90. Imò tutorum consensum vel in GALLIA necessarium esse, refert Renat. Choppin. quando legem Regiam Errici II. nuptiarum clandestinarum prohibitoriam, multis SCtis & ad tutores productam, imò die 1. Mart. 1556. in senatu verificatam, fatetur. lib. 3. de Privileg. Rustic. c. 11. lit. P. p. 323. Consimiles his sunt & consuetudines HISPANORUM, uti videre est apud Babriff. Fragofo de Regim. Reip. Christ. part. 1. l. 6. Disp. 17. §. 2. n. 37. p. 856. Amica illis etiam sunt Jura SENENSIIUM & GENEVENSIIUM, uti testis est Mavins ad J. L. l. 1. t. 4. a. 4. n. 5. Cypr. c. 6. §. 10. n. 5. seq.

§. 17. Non perfunctoriâ quoq; animadversione in pupillas clandestina Sponsalia contrahentes, Statutum MARCHICUM attendit, quod ita sonat: Die Ehe soll mit Vorwissen/ Vollivort und Raht der Eltern / oder an stat derselben mit der Vormänder Verwilligung und nicht heimlich geschehen / und wer dawieder handelt/ seines gebührenden Ehe-Geldes verlustig seyn. Schepliz ad Consuet. March. p. 1. t. 2. & ad Promtuar. Clam. t. 42. p. 666. Consentit Ordinat. Polit. & territorial. MECLENBURG: tit. von heimlichen Verlöbnußen/ his verb: So wollen wir unsere Untertanen hiemit gnädig und ernstl. verwarnet haben/ nachdeme die heimliche Ehe und Verlöbnußen ohne Vorwissen der Eltern in Göttel. und Reyserl. Rechten verboten/ daß sie sich solcher heimlichen Verlöbnußen/ so ohne Vorwissen beyderseits Eltern oder ihrer Vormänder geschehen/ gänzlich enthalten. His favet ejusdem territorii Constitut. quoqve Eccles. Tit. von



von Verträuung Braut und Bräutig. fol. 255. fac. b. Nec illi abfimis  
*Ordinat. Polit. DUCAT. POMERAN.* ubi c. 9. p. 15. hæc habentur: Also  
 sollen auch die heimlichen ohne vorgehenden und eingeholten Rath/*Consens* und Be-  
 willigung der Eltern/ oder Vormänder/ (welche der Verstorbenen Eltern Stelle be-  
 kleiden) gemachte Heyrathen und ohne dem verbotene Verlöbnußen/ ohngültig und  
 vor keine Verbündligkeit gehalten werden. Cui calculum adjicit *ejusdem Du-*  
*cat. Ordinat. Eccles.* quando dicit: Thom andern/ dat sie de Kinder nicht Celif  
 Vorsegen noch Verlaven schölen/ ane erer Oibern Willen/ edder de Yennen/ *de an*  
*de Oldern Stede sind.* Quam corroboratam vidi, benivolè mecum com-  
 municato *Responso Ampl. Facult. Jur. Rostoch. de Anno 1651. d. 8. Apr.* (quod  
 ipsum humanitatis officium in primis benivolentiæ Excell. Domini Præsidis  
 debeo,) cujus Responsi clausula his absolvitur: Auff die andere Frage halten  
 wir dem Rechten gemeß seyn/ daß das in Actis angezogene libellirte- und vermeint-  
 lich zu R. von V. S. *minorenne* mit M. E. ohne Wissen und Willen der Vormän-  
 der getroffene- und der in *Justificatione Appellationis* angezogenen *Pommerschen*  
*Kirchen-Ordnung* zuwieder laufende Ehegelöbnuß/ an sich null und nichtig.

Facit huc quoq; quod *constitutione SLESVICEN.* sancitum refert *Cy-*  
*preus c. 6. §. 9. n. 23. fin.* Cui assentitur *Ordinatio Eccles. AUGUSTI, DUC-*  
*SAXON: INFER: part. 5. Tit. von heimlichen Verlöbnußen §. ult. p. 137.*  
 ubi sic habent verba: Und was wir allhie von der Kinder Gehorsam in Ehever-  
 pflichtungen gesagt/ daß wollen wir auch gleicher Gestalt von Eiterlosen Kindern und  
 Wäysen gegen ihre ordentliche Vormänder verstanden und gemeinet haben.  
 Quod expressius & enucleatius exponit *Ordinat: matrim; WURTENB.*  
*teste Harpr. Comm. ad pr. J. de Nupt. n. 157. Statuto* quoq; *HILDESIEN-*  
*SIIUM* tutorum expressus ad sponsalia requiritur consensus, idq; non tan-  
 tum sub lege annullationis, sed etiam, ut loquuntur, sub lege punitionis, h. e.  
 ut denegetur *isoglogia* & transgressores poenæ arbitrariæ subjiciantur, uti  
 refert *Hahn. ad Wesenb. tit. de Rit. Nupt. n. 3. p. 97. Ordinatio* verò *Polit.*  
*DUCAT. LUNEBURG.* eodem Hahnio teste, de his ita habet: So sol-  
 len die Pflégkinder so ihre Vormänder haben/ ohne ders Vorwissen/ Rath und Be-  
 lieben/ sich nicht verelichen. Sic quoq; definit *Constitutio CELLENSIS* asserente  
*Cottm. V. 3. R. 34. n. 147.* Cui respondet *Ordinat. Eccles. MAGDEBUR-*  
*GENS: c. 16. §. 5. p. 58.* Wie dann auch diejenigen so keine Eltern/ sondern Vor-  
 mänder haben/ diesen gleichfals die gebührende Ehre erweisen/ und deren Rath ge-  
 brauchen sollen; Nec non *Ordinat. Polit. Magdeburg. c. 16. §. ult. p. 80.*

§. 18. Idem etiam invecum est *Jure LUBECENSI*, cujus hæc est  
 dispositio: Würde einer oder mehr so vermogen seyn/ daß sie eine Jungfer ohne  
 Willen der Vormänder/ so sie dieselben hat/ verlobten/ ic. sol er zur Straff geben



70. Marc. 7. L. 1. 1. 4. 4. 4. *S. Mevius C. b. 1.* Extat hâc de re & SCTUM  
 NORIBERGENS: in hunc modum: So ist demnach E. E. Rahts nochmah-  
 len nicht allein ernstlicher Will/ Meinung und Befehl/ daß für ohin kein Kind/ so noch  
 unter Väterlicher Gewalt/ oder der Vormünder Versorgung ist/ sich ohne Rahts/  
 Vorwissen und Willen seiner Eltern und Vormünder/ ehelich versprechen/ verpflich-  
 ten und verheyrathen sol; Sondern erkläret/ sezet und erkennet auch hiemit/ daß  
 es dergleichen Verlöbnduß zu thun/ keine Macht oder Gewalt haben könne oder mög-  
 Vid. Rittershus. l. 1. Differ. Jur. C. & C. c. 4. n. 3. p. 21. Cui amula est  
 Ordinatio ARGENTORATENS: Kein Kind so noch unter der Gewalt der  
 Eltern vder Voigte (Vormünder) ist/ soll sich ohne Vorwissen und Bewilligung  
 derselben in die Ehe begeben oder versprechen; und wo solches geschehen/ so sollen  
 es die verordnete Ehe-Richter/ als unordentlich und ungöttlich für krafftlos und  
 unbündig halten und erkennen/ dazu die Partheyen nach Gelegenheit straffen.  
 Vol. 1. Constit. Arg. c. 51. n. 27. Subscribit utriqve Ordinatio. Polit. Ampl.  
 Senat. ROSTOCHIENS. publ. Anno 1576. Tit. Von Verlöbndüssen /  
 cujus hic est tenor: Diewegen gebiethen wir ernstlich/ daß keiner ohne seiner  
 Eltern/ oder so dieselben verstorben/ seiner Vormünder willen/ in eheliche Ver-  
 löbndüsse sich einlasse; geschehe hier wieder/ wollen wir den Ueberfabrer/ und seiner  
 Eltern/ Vormünder und Obrigkeit Verächter/ in ernste willkührliche Straffe  
 nehmen. Accedit illis & Ordinatio. Polit. ERFURDENS: ex quâ Dn. Möllerus  
 l. c. p. 314. hæc depromta exhibet: Daß Niemand ohne seine Eltern/ oder  
 im Mangel derselben der Jenigen/ so an stat der Eltern seyn/ als Vormünder/  
 sich verheyrathen solle. Neq; abludit ab his Ordinatio. Senat. GOERLICENS:  
 Tit. 7. Von Verlöbndüssen §. 1. ubi hæc leguntur: Erstlich ist von unsern  
 Vorfahren aus gutem Bedencken heilsamlich geordnet und allen Göttlichen und  
 weltlichen Rechten gemees/ daß die Verlöbndüsse zwischen jungen Leuten mit guten  
 Willen und Raht der Eltern und Vormünder/ so an stat der Eltern seyn/ öffent-  
 lich sürgenommen/ berathschlaget und beschloffen werden. Constitutio verò Senat.  
 OSNABRUCENS: tam strictè consensus tutorum requirit, ut eum ne-  
 gligentes, relegationis poenæ subiciat: Wo aber diesem ungeachtet/ solche  
 Persohnen wieder der Eltern und Vormünder guten Willen sich ehelich zusam-  
 men begeben/ so sollen sie dieser Stadt zwey Jahr verwiesen seyn/ und alsdann  
 auch ohne vorgehende Abtragt nicht wieder eingelassen werden. Tit. 1. Von der  
 Ehe-Ordnung §. 6. Confirmat supra dicta omnia SER. ELECT. BR. EDI-  
 CTUM Anno 1665. Die 21. Jul. publicat. quod illos, qui neglecto paren-  
 tum, & iis defunctis, tutorum consensu, sibi invicem vota dant, non  
 matrimonium contrahere, sed stuprum committere asserit, uti testatur  
 Excell. Dn. Fuchs. ad pr. 7. de Nupt. Neq; exiguum illis pondus addit

C

Rea



*Respons. Facult. Viadrin. de Anno 1678. d. 21. Febr. (à Dn. Stryck ad Jus Eccles. Dn. Brunnem. In addit. ad lib. 2. c. 16. §. 12. p. 601. allegatum,)* ubi inter cetera hæc habentur: Weil die Churf. Brandenburg. Consistorial-Ordnung aber allerdings erfordert / daß die Ehe-Verbindung nicht heimlich / sondern mit der Vormünder Bewilligung geschehen soll / *Ordin. Consistor. March. Tit. 33. §. 1.* Weil auch der Ehestand *ic. ic.* So halten wir davor / daß nach deutlicher Anordnung der Churfürstl. Brandenburg. Consistorial-Ordnung in voriger Instantz die vorgegebene Ehe-Verbindung rechtmäßig als null erkant worden/es auch bey sothanem Abschiede allerdings zu lassen. *W. R. W.*

His cunctis ac universis **JUS** tandem **PROVINC. PRUTEN.** annectere volui (ne exotica allegando Jura, domesticæ videar æquitatis incuriosus,) quod de tutorum consensu requirendo *l. 2. t. 1. 2. 1. §. 1.* ita disponit: Als ist auch recht und woll beyde in göttlichen und weltlichen Rechten verordnet/ daß nicht allein die Persohnen so sich in denselben Stand begeben wollen/ zuvor darin selbst consentiren und bewilligen: Sondern es sollen und müssen auch solche Eheverlöbnußen und Heyrahten mit derselben Eltern/in derer Gewalt sie seynd/ oder aber in Mangel derselben/ihrer Vormünder *Consens. Vorwissen un Bewilligung geschehen. Conferat. Disp. Inaug. Generos. Dn. Christoph. à Wegnern/ Thes. 3. lit. b. ad verb. Dissensus parentum. & Disput. Dn. Heimr. Frid. à Rippen de Different. Jur. Civ. Cas. Provinc. Prut. & Pol. §. 3.* Cui verò plura locorum statuta evolvere animus fuerit, consulat *Heimr. Gisebert. Justin. Harmonic. ad pr. de Nupt. n. 91. seq.* Deqve hujus tractatus insigni utilitate, limatissimum veneretur judicium *Excell. Dni. Stryken,* quod aperit *Seet. 1. c. 4. §. 3. de Cautel. Contract. ejusdemqve avunculi Dn. D. Hoppij in eleg. Instit. Exam. ad lect. pr. esat.*

§. 19. Sed gravis hîc nobis objicitur bolus, dum multi hæc Statuta, consensum tutorum de necessitate requirentia, omninò rejiciunt, nulliusqve esse ponderis indubitanter affirmant. Dicunt enim illa & matrimoniorum officere libertati, & tutorum non mediocriter favere calliditati. *Consul. Sichard. in l. 3. C. de in integr. rest. n. 5. p. 79. Beuzf. de Sponsal. c. 21. Illust. quest. Decis. Scabinat. Witteb. & Lips. part. 1. tit. Matrimonialia q. 4. fol. 3.* Sed satis hæc omnia prò imperio! Non enim fit verisimile tot Regum, Principum, Civitatumqve Statuta ex interpretatione captive privati alicujus vel *Doctoris,* vel etiam *Collegii,* robur suum



suum mutuari, multò minùs vim suam amittere, si fortè aliter illis fuerit  
 visum. Rectè proinde & graviter *Cottm. Certè*, inquit, *qui Statutum,*  
*quo liberi sine parentum, vel illorum qui parentum loco sunt consensu,*  
*sponsalia contrahere vetantur, nihil valere scribunt, illimet incauti &*  
*desipientes immotum DEI præceptum, jus natura & ipsam honestatem*  
*nihil valere, in effectu docent. Vol. 3. Resp. 34. n. 183. Matth. Stephanè*  
*de Jurisd. l. 2. part. 7. n. 45.* Deinde frustra quoque sunt, dum talia  
 dicunt Statuta matrimoniorum officere libertati; quandoquidem liber-  
 tas non ex immoderatà effrenatàque cujusvis licentià, sed legum re-  
 ctæque rationis præscripto venit æstimanda; Cum liberum etiam id di-  
 citur, quod sub certâ lege liberum est ac permillum. *Rittersh. Differ.*  
*J. C. & C. l. 1. c. 4. n. 4. l. 15. ff. de Condit. Instit. Mæv. ad J. L. l. 1. t. 4. a.*  
*4. n. 7. Dn. Schnobel, disput. 14. §. 11. Qvin, citata à nobis Statuta ac consue-*  
*tudines non favent, sed maximè potiùs adversatrices sunt tutorum callidi-*  
*tati. Nemo enim in eam veniat cogitationem, quasi nos promiscuè*  
*& nullâ discretionis habitâ ratione, tutorum requiri consensum, dixerim-*  
*us; qvin id cum diligenti accipiat cautione. Tamdiu enim illorum*  
*attenditur consensus, quoadusque & legitimæ illos administrationis laus*  
*nobilitat, & juxta insuper illis dissentienti sunt causæ, l. 1. C. de Nupt. &*  
*ibi DD. Cottm. d. R. 34. n. 27. & n. 172. seq. Mæv. ad J. L. c. l. n. 11; Sin ve-*  
*rò vel malevolentia ipsos, vel invidia duci, vel, quod in tutore turpissi-*  
*imum est, utilitatis cupiditate transversos agi constet; Tam parùm spon-*  
*salia ad illorum arbitrium contrahenda, quàm iter ex consilio fortè prædo-*  
*nis alicujus est conficiendū. Sicuti enim hic eum monstraturus callem præ-*  
*sumitur, quem & à nefandi sociis sceleris obsideri, & in quo peregrinantibus*  
*præsentissimum imminere ab illis periculum novit: ita suspectus quoque*  
*tutor ad illam creditur partem applicaturus consensum, unde vel lubidi-*  
*nem suam possit, vel animum turpi deditum lucro explere. Hoc igitur*  
*casu non tutoribus, sed Magistratui negotium omne committendum. De-*  
*dekenn. Vol. 3. Consil. & Decis. Sect. 4. n. 15. Cypr. c. 6. §. 11. Imò verò, sin ava-*  
*ritia vel tectius quoddam vitium, tantæ illos impleret temeritatis ac nequi-*  
*tiæ, ut, suspensione consensus sui vel honestissima pupillis connubia obveni-*  
*entia, retundere ac irrita facere conarentur: potest, hoc posito, consensus*  
*vel illis invitis elici, ne dicam legibus extorqveri. Conf. supr. cit. Consil.*  
*Senat. Osnabrüg. l. c. §. 7. seq. Ordinat. AUGUSTI Eccles. l. c. p. 138. Dedeken.*



*Vol. 3. d. l.* Quæ omnia, cum objectiones adversariorum satis superq̄ diluunt, & otiosum esse & frivolum putamus, prolixiori verborum ambage, tædii movere camarinam.

§. 20. Antequam tamen receptui canamus, nec à proposito nostro ducimus, nec ab utilitate esse alienum, in præsentia occasione tutorum, de Curatorum quoq̄ve quid consensu statuendum sit, brevibus indigitare. Quandoquidem verò hunc *Civili Jure* neutiquam esse necessarium patet, l. 8. *C. de Nupt. Heig. part. 1. q. 22. n. 10.*; (etiamsi tutorum & Curatorum interdum nomina promiscua habeantur, l. 101. §. 2. ff. de *Condit. & demonstr. Fragofo d. l. 6. Disput. 16. §. 1. n. 39. Gail. l. 2. Obs. 96. n. 5. & 6.*) Ad ea jura, quibus eundem requiri certum est, nobis erit properandum. *Naturale* igitur *Jus*, cum differentiam inter Tutorem & Curatorem planè ignorat *Gvil. Grot. de princip. J. N. c. 20. §. 11. fin.*; Dum illius requirit consensum, & hujus requirere approbationem, satis expeditum. Idem de *divino* quoq̄ve *jure* asserendum est, ni inter hoc & naturale pugnam esse concedere, aut ea inter se committere velimus. Vid. quæ supra de *Divino Jure* §. 8. diximus. Quum verò mores & consuetudines in plurimis Naturalis sint amplexi juris simplicitatem; (ut quod vel pactorum exemplo adparet c. 1. & 3. *X. de Pact. Mev. part. 5. Decis. 408. Carpz. p. 2. C. 19. D. 17. n. 8.*) Anxia quoq̄ve illa in tutorem & Curatorem distinctio, parùm, *hoc casu nostro*, illis est amplius curæ. Neq̄ve id immerito! Longe enim alia hodiè tutorum ac olim, est conditio, longe alia potestatis quoq̄ve ratio, *Cum Curatores*, inquit *Cottman. hodiè instar tutorum sint, & patrem defunctum representent. Vol. 3. Resp. 34. n. 181. Althus. Dicæolog. l. 1. c. 92. n. 19. p. 331. Imò n. 192. d. l. Cotem.* ita loquitur: *Non negamus, quin parentum, tutorum & Curatorum in hoc negotio magna sit differentia, & illorum longè, major quàm horum potestas, sed quoad consensum petendum & impetrandum pari loco & conditione sunt omnes, quando lex vel statutum sine tutorum Curatorumve consensu Sponsalia contrahi vetat.* Confirmat hæc tenus dicta *Ordinat. MAURITII Ducis Sax.* his verb: *Und so den Jungen Leuten ihre Eltern tödlich abgangen/ und eine Jungfr. unter 18 Jahren und also noch unter der Verwaltung ihrer Curatoren wäre und wolte sich verheyrahten/ darin soll sie ihre Curatores zu Rath nehmen, Dedek. d. Vol. 3. Sect. 4. v. 3. p. 132.* Assertioni



tioni autem huic hoc est fundamentum, quod usu horum temporum  
 tutores etiam post pubertatem officia sua continuant, idemque nomen  
 retinent; quare Statutum vel de solis tutoribus loquens, ad Curatores  
 quoque referendum. *Mev. ad J. L. l. i. t. 4. a. 4. n. 6. Confer. quoque Job.  
 Cowell. l. i. Inst. Jur. Angl. t. 13. S. 1.* Quod ipsum denuo in Angliam con-  
 firmatum esse, Decreto Regio d. 15. Junii A. C. evulgato, testantur Acta  
 publica communesque loquuntur relationes. *Anton. Matth. Animadv. in pr.  
 J. de Curator. Quod de consuetudine totius Germaniae affirmat. Job. Carl.  
 Thiel in Homine Orient. & florent. c. 4. th. 5. p. 78.* Expedita igitur &  
 hac quaestione, omnibusque illis, quae quidem ad propositum nostrum  
 ullum involverent respectum, pro ingenii modulo nostri, evolutis, vela  
 hic contrahimus, DEO T. O. M. quod Disputatio haec nostra est vadis e-  
 merferit, & praetervectis scopulis in portu naviget, gratias agentes immor-  
 tales. Ne tamen aut amplius de tenuitate mea sentire, aut ventolam  
 me ipsum hac lactare spe videar, quasi nihil in dissertatione sit positum,  
 quod vel ad erroris scopulos offenderit, vel cui rigidum Lectoris iudicium  
 ignoscere vellem? Lubens meam ipse profiteor imbecillitatem, & ut Tua  
 illi L. B. ornamento sit benivolentia, majorem in modum rogo. Sic e-  
 nim ubi palatum tuum immatura ferre posse cognovero, maturiora B.  
 C. D. illi apponere studebo. Quippe, nihil Natura rerum statim  
 perfectum generavit, sed ex tenuioribus principiis o-  
 mnia ad pleniorum sui se ipsa promovent  
 finem.

S. D. G.



C 3

Omen



**O** Men inest cœptis : SPONSALIA thema mini-  
strant!

Desponsata diu Laus fluet inde tibi.  
MURCIA despondet titulos : Sed STRENUA spondet,  
Hæc capiti, Fautor, Sponsa brabea feret.  
Concilia Themidem studiis & amoribus, & mox  
Qvi modo responfor, spondeo, Sponsus eris.  
Qvos benè cœpisti pergas urgere labores,  
Sic KLEINI fueris MAGNUS APOLLO tuis!

*fid.*

FRANCISCUS WOLFFIUS, D.

**S** Er: Klein / auch Er ist jetzt bedacht der flug-gelehrten Welt  
zu weisen :  
Daß kein ehlich Gelübd' / obs gleich so Geist, als Weltliche  
hochpreisen /

Den Rechten nach / beständig sey / wann sich ein arm unmündig  
Kind /

Ohn vorgekommen guten Raht / betrogen und bestricket find.

Gar recht ; Was Eltern sonst thun / das können so selbst wohl ver-  
richten /

Die an der Eltern stelle stehn / und leichtlich einen Band zernichten /

Wo bey man keine Fese sieht, die bindig sey / geschweig dann echt /

Nach Gottes Wort / und der Natur / auch aller Weisen Böls-  
cher Recht.

Ich wünsch von Herken Glück dazu. Gott segne ferner sein Beginnen /  
Das nur auff Ehr und Tugend zielt ; Vnd laß wie War am Feuer zer-  
rinnen /

Was jegen diesen Satz / man hier und dar zu finden sich bemüht /  
In einer Waysen : Sach / die Gott im Himmel warlich / kent /  
und sieht!

D. GEORG KADAU /

Senior und jetziger Zeit Decanus der löbl. Juristen-  
Facultät / auch Mecklenb. Land-Syndicus.

Der



☉ ☉ ☉  
**D**er süsse Klang vom Spiel der Seyten/  
Darin der Clio Wollust prangt/  
Pflag meinen Geist zur Lust bereiten /  
Der solche Freuden-Feyr verlangt/  
Es sang hier ob der frohe Mund/  
Und macht die süsse Freuden kund.

☉ ☉ ☉  
Doch wie ich einst wolte Freude loben/  
Warff Phœbus seine Lehr hinweg:  
Die Kühnheit wurd hie bald gehoben/  
Weil weit verfehlt der rechte Zweg;  
Hie schien/ daß stets ein Lob-Gedicht  
Man im Parnaffo mehr ansicht.

☉ ☉ ☉  
Da ich nun solchen Fleiß gesehen/  
Verschwand die gar zu kühne Lust/  
Ich sprach: es sol nicht mehr geschehen;  
Doch wird mir Phœbus Schluß bewust/  
Daß auch mein Sinn soll Lob bereiten/  
Wann Tugend-Söhne klüglich streiten.

☉ ☉ ☉  
Weil heut dann Freuden-Scheine strahlen/  
Und spielt der frohen Musen Chor:  
So soll auch meine Feder mahlen/  
Was dich/ Herz KLEINE/ hebt empor.  
Weil du durch muntren Fleiß geübt/  
Wirstu von Phœbus selbst geliebt.

Der



Der Himmel segne dein Beginnen/  
Er geb' dir reiche Jugend Erndt;  
Es müsse gleich den Flüssen rinnen  
Das Glück aus dem was du gelernt;  
Das Lob von deinem muntren Fleiß/  
Wachst stets durch unverwelkten Preis.

J. J. D. u. P. P.



*Ad Nobilissimum & Pereximium*

DN. MATTHAUM KLEINI

J. U. Cultorem indefessum, per annum Auditorem, Fautorem ac amicum meum cognominem in paucis carum, publicum egregia suae eruditionis specimen non sine omnium applausu edentem.

**S**ic *Logicus Logicam*, mi KLEINI, vertere gestis,  
Vitaque confutat, quam tua verba docent?  
Respuis in cunctis, in Te contraria ponis.

Te MAGNUM PARVUM nos vocitare cupis.  
Dum celsas Themidos quantum progressus in arces,  
Te specimen cunctis exhibuisse juvat.  
Applaudo caeptis! Logicam nec fallere dices;  
*Excipe* Cultori non deerit Sophiae.

JOHANNES Klein/


J. U. Doctorandus.













Er süsse Klang vom Spie  
Darin der Clio Woll  
Pflag meinen Geist zur Lust ber  
Der solche Freuden Feyr ve  
Es sang hier ob der frohe Mund  
Und machte die süsse Freuden kund  
Doch wie ich einst wolt Freude  
Warff Phœbus seine Lehr hin  
Die Kühnheit wurd hie bald geh  
Weil weit verfehlt der rechte  
Hie schien/ das stets ein Lob Ge  
Man im Parnaffo mehr ansicht.

Da ich nun solchen Fleiß gesehen/  
Verschwand die gar zu kühne  
Ich sprach: es sol nicht mehr gesch  
Doch wird mir Phœbus Sch  
Das auch mein Sinn soll Lob b  
Wann Tugend Söhne klüglich st

Weil heut dann Freuden Scheine  
Und spielt der frohen Musen G  
So soll auch meine Feder mahlen  
Was dich/ Herz KLEINE/  
Weil du durch muntren Fleiß geüt  
Wirstu von Phœbus selbst geliebt.



Der